

Tribunal Inquisitionis, quod nos omni cultu veneramus, multas habet concessiones Apostolicas, quibus privilegia Regularium quoad absolutionem ab heresi abrogantur, & solum, talis absolutio pertinet ad Dominos Inquisitores, ut determinat Pius V. in sua Constitutione, quae incipit *Pastoris Aeterni*. Et novissime Paulus V. sub gravissimis poenis prohibet Religiosis, ne suos subditos in hac re judicent, sed illico eos ad Sanctum Tribunal deferant, ut referunt Barbofa *de Officio, & potestate Episcopi, part. 2. allegat. 40. n. 40.* Riccius *in praxi fori Ecclesiastici, decis. 671. num. 1. edit. & Resolut. 423. in 2. editione, & ita habet communis usus, ac stylus, quia super talem crimen non cognoscunt Praelati, sed eos statim mittunt ad Dominos Inquisitores, ut testantur Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 18. quest. 12. Trullench. tom. primo, in Decalog. lib. 1. cap. 3. dub. 5. num. 1.*

Barbofa.
Riccius.
Azor.
Trullench.

RESOLUTIO XX.

Bulla Cruciatæ.

QUESTIO PRIMA.

An Regulares sine suorum Praelatorum licentia possint eligere confessorum qui virtute Bullæ Cruciatæ, à peccatis, ac censuris reservatis eos valeat absolvere?

SUMMARIUM.

- 1 Prima sententia & affirmativa.
- 2 Primum, & secundum fundamentum, & num. 3.
- 4 Preponitur, & solvitur obiectio contra hanc sententiam, & num. 5.
- 6 Secunda sententia & vera negativa.
- 7 Decreta Clementis VIII. & Urbani VIII.
- 8 Subterfugium Joannis Valerii, & Hurtadi.
- 9 Interpretatio Villalobos.
- 10 Intentio Clementis, & Urbani referunt ad ipsosmet Pontifices, & n. 11. & 12.
- 13 Leandrus de supplicatione Regis Philippi Quarti.
- 14 Sententia negativa verior, & maxime secunda in conscientia.
- 15 Confirmatur ex Martino de S. Joseph.



QUESTIO procedit tam de Fratibus, quam Monialibus ejusdemque Ordinis etiam Mendicantium. Affirmativam sententiam tenuerunt graves Auctores & Emmanuel Rodriguez in Bulla, §. 9. numer. 25. Ledesma *tit. de Penitent. cap. 13. dub. 12.* Medina *de Confessione, c. 26.* Collector. Antonius. Privileg. verb. Absolutio ordinaria quoad Fratres, §. 16. Antonilles *de Indulgentiis*, Antonius Fernandez de Moura, *Crox de statu Reli-*

Rodrig.
Ledesma.
Medina.
Collector.
Antonius.
Fernandez.
Crox.

gionis, lib. 1. cap. 6. dub. 12. conclus. 3. pag. 58. & alii multi viri Docti Salmanticenses.

Probatior primò; quia in Bulla plumbea Cruciatæ ad illius effectum, derogantur omnia privilegia Mendicantium: *Tenores ipsorum pro expressis habentes*. Per quam clausulam derogantur quæcumque privilegia etiam de illis esset faciendâ singillatim expressa mentio, ut ex Decisione Rotæ habetur apud Puteum *de decis. 615. num. 6. lib. 2.* Gabriel *tit. de clausul. conclus. 5. n. 12.* Menochius *lib. 6. presumpt. 46. num. 2.* Gonzal. *Regul. 8. Glossa 36. nu. 12.* Nec enim Summus Pontifex potest recordari de omnibus concessionibus suorum prædecessorum, nec eas singillatim referre, esset enim valde longus proceßus, & ideo sub illa clausula *Tenores ipsorum pro expressis habentes*, continentur, ac si de verbo ad verbum proponerentur. Ut notat Fredericus de Senis *cons. 47. Gambar. de Officio Legati, tit. de potest. Legati in legibus, a num. 33. & 39. cum sequent.* Gonzal. *Reg. 8. Glossa 36. a n. 24.* ergo per talem clausulam in Cruciatâ derogantur cætera privilegia cuique Ordini concessa.

Rota.
Gabriel.
Glossa.
Gonzal.

Frederic.
Gambar.
Gonzal.

Secundò, Bulla Cruciatæ in hoc Lusitaniæ Regno concessa est ad instantiam, ac favorem Regiæ Majestatis, ac Summus Pontifex privilegia Regibus concessa, ac ad eorum instantiam, non intendit derogare, ac annullare. Argum. Text. in cap. fin. de Officio delegati, lib. 6. ibi: Regibus, & Reginis, qui sicut dignitatis altitudine præminent, sic prærogativæ gratia ipsos consueverit anteferre, dumtaxat exceptis, cap. aliquid, de privileg. lib. 6. Trident. sess. 25. cap. 9. de reform. ibi: Exceptis, quæ ad Imperatorem, seu Reges. Ut notat Stephanus de litteris, gratia 3. part. signatura, nu. 26. Cassian. in Catalog. gloria mundi, part. 5. considerat. 24. num. 202. C. v. c. lib. 4. Divers. cap. fin. num. 7. Gonzal. *Reg. 8. Gloss. 9. a num. 25. & Gloss. 24. a n. 15.* Et confirmatur: quia Cruciatâ concessa est in subsidium militum, qui pugnant in Africa, Asia, Europa contra infideles, ac Hæreticos, & valde vulgare est, quod privilegium in bonum utilitatis, ac necessitatis publicæ præferendum omni alii privilegio etiam concessio cum clausulis derogatoriis, ut tenent Decius *consil. 10. num. 8. fundam. 3.* Paulus Castrensis *consil. 278. in fine lib. 1. Selva de benefic. 3. part. 9. 14. num. 36. cum sequent.* Celsus Hugo *de clausul. num. 44. Gambar. num. 41. ad fin. Gonzal. Gloss. 36. n. 71. de locis.*

Decius.
Castrensis.

Clausula.
Bulla.

Bernard.
Gabriel.
Menoch.

Nec contra hæc obstat clausula posita in fine Bullæ; in qua dicitur: *Præter facultates concessas Mendicantium Ordinum Superioribus quoad suorum Ordinum Fratres*. Quæ clausula posita in fine refertur ad omnia præcedentia. Bern. *Reg. 85. cum seq.* Gabriel. *tit. de clausulis, concl. 9. a princip.* Menoch. *casu 94. n. 23. & 24.* Proindeque cum in clausula antecedenti Summus Pontifex derogasset omnia privilegia, & indulta concessa etiam Ordinibus Mendicantium, & fecisset exceptionem de facultate Superiorum Ordinum quoad suos Fratres, manet expedita eorum potestas, ut suis subditis prohibeant, ne pro suo arbitrio eligant confessores, ut virtute Bullæ absolvantur à reservatis Ita Henric. *lib. 6. cap. 17. §. 7. in Glossa P. & lib. 7. cap. 22. §. 2. ad finem.* Glossa *littera H.*

Henric.
Respondent

Respondent Rodriguez in Cruciatam §. 12. n. 5. *Crox de statu Relig. lib. 1. cap. 6. dub. 12. conclus. 3.* Quod ista exceptio non respicit gratiam, & privilegium, de quo agimus, ad eligendum confessorum, cum clausula derogatoria aliorum sub quocunque tenore verborum, ut est dictum, sed tantum denotat facultatem superiorum esse integram quoad suos subditos ad dispensandum, commutandum, ac absolvendum ab irregularitate, votis, ac censuris. Nec obstat id, quod ait Henriquez, quod illa clausula posita in fine respicit omnes præcedentes: Hoc inquam nec obstat, quia Bulla plumbea post suas concessiones ait, *Non obstantibus facultatibus, indultis, gratiis, & privilegiis*. Ubi quatuor species continentur & tamen talis clausula solum unam respicit: *Facultatem nempe superiorum*; ergo tres aliae non comprehenduntur, quia ut comprehendereentur, necessaria erat clausula generalis, quæ omnes alias sub se clauderet, ut docent Aretin. in l. 3. filius in fine, de liber. & posthum. Gabr. ad conclus. 9. num. 6.

Aretin.
Gabriel.
Corilianus.
Portel.
A Costa.
Miranda.
Reginald.
Suar.

7.

Clem. VIII.

Uthan. VIII.

8.

Valerius.
Hurtadus.

Contraria sententia, & negativa est hodie valde communis, eam tenent Corilian. *de casibus reservatis, part. 1. sect. 3. art. 14.* Portel. *in dubiis, Regul. verb. Bulla Cruciatæ, n. 1.* à Castro *in explicat. Bullæ, quest. 107.* Miranda *in manuali Praelator. part. 2. quest. 34. art. 15. conclus. 2.* Reginaldus *tom. 1. lib. 8. cap. 3. sect. 3. num. 37.* Suar. *de Relig. tom. 4. r. 8. lib. 2. q. 16. n. 3.* & post Garciam, Ledesmam, Cordubam, & Passarelum, Leandrus *de Sacramentis, tom. 1. tract. 5. disp. 12. quest. 55.* & alii multi, quos citat, ac Resolut. 14. part. 4. tract. 4. Resolut. 43. & part. 11. sequitur Diana *part. 3. tract. de Bulla Cruciatæ, tract. 9. Resolut. 37.*

Validissimum fundamentum hujus sententiæ, est, quod scilicet Regulares virtute Bullæ Cruciatæ non possunt eligere confessorum, & ab eo absolvi à casibus reservatis. Ita apertis verbis declaravit Clemens VIII. anno 1599. die 23. Novembris; & per suam Bullam confirmat Urbanus VIII. eadem sub die 19. Junii, anno 1630. & ait: *Sed nostra intentionis fuisse, & esse; quod iidem Fratres, & Moniales tam ad Sacramentum penitentia, seu confessionis administrationem, ordinaria dispositioni suorum Praelatorum, & Sedi Apostolica quoad sibi reservata subiecti sint earum tenore præsentium perpetuo declaramus.* Ita Pontifex, quæ verba sunt clara, & manifesta, & notandum quod hæc Clemens VIII. quem confirmat Urbanus.

Multi Auctores multipliciter varia effugia excogitarunt, ut vim horum Decretorum declinarent, & dicerent, quod adhuc post illa modo Regulares possunt eligere pro suo arbitrio confessorum, qui eos absolvat à reservatis: Primò Joannes Valerius *diffic. 1. conclus. 5. verb. Nulla confess. diffic. 5. n. 2.* Thomas Hurtadus *variæ. tom. 2. tract. 9. cap. 11.* quod illa Decreta non obligant in illis Religionibus, in quibus non sunt publicata, quia leges tunc fiunt, ac consummantur, cum publicantur. Sed contra; talia Decreta sunt publicata Romæ coram Patribus Generalibus qui sunt capita Religionum, & valde difficile est, quod Provinciales illa scientes, non publicarent, cum maxime illud cederet in eorum auctoritatem.

Secundò; Henricus de Villalobos *in summa, tom. 1. tract. 23. clausul. 9. §. 2. num. 12.* affert Regulares posse virtute Cruciatæ absolvi etiam à peccatis reservatis, dummodo confessarii, quos per Bullam eligunt, sint ex deputatis, ac approbatis ab eorum Praelatis, ac eorum confessiones au teandas. Ita senserunt multi insignes, ac Doctissimi Cathedralici Salmanticenses, ac patres Societatis Eorum ratio est, quia Bulla Clem. VIII. prohibet tantum eligere confessarios extra Religionem, ut à reservatis absolvantur; ut constat ex proceßo ipsius Bullæ; Et illorum præterea eligunt confessionem aliquando præter eos, qui à suis Praelatis eorum confessionibus deputati sunt. Et hæc quamvis sustineri possint, secundum Bullam Clementis, non tamen juxta diplomata Urbani VIII. qui præcipit, quod dicti Regulares: *Ad Sacramentum penitentia, seu confessionis ministracionem, ordinaria dispositioni suorum Praelatorum, & Sedi Apostolica quoad sibi reservata subiecti sint.* Ergo non possunt aliter eligere confessorum nisi juxta dispositionem suorum Praelatorum.

9.
Villalobos.

Tertiò; respondent Joannes de la Cruz *de statu relig. lib. 1. cap. 6. dub. 12. & cum Trulhen.* Remig. *in practica confessor. tract. 5. cap. 5. §. 4.* Relig. n. 8. & Doctus P. Barnabas Gallego ex inclity Gallego familia Dominicana in Bullam cruciatæ, c. 12. clausul. 12. & Seraphinus de Freiras, juris Pontificii vespertinus Cathedralicus in universitate Vallisoleti in tractatu de eligendo confessore per Bullam Cruciatam, num. 25. eam probabilem dicit Sancius, *in selectis, disp. 44. Sancius. vers. 10. circa finem, & num. 3.* eamque insinuat Pontius *de matrim. lib. 5. capit. 20. num. 7.* Pontius & magis clarè, *lib. 8. cap. 19. §. 2. numero 13. & 14.*

10.
Cruz.
Trulhen.
Relig.
Gallego.
Freitas.

Fundamentum est, quia prædicti Summi Pontifices Clemens VIII. Urbanus VIII. explicant suam mentem, cum in suis Decretis, ac bullis: *nostra intentionis fuisse, ac esse, &c.* quæ intentio spirat, ac extinguitur morte Principis, ac concedentis, *cap. si gratias de rescript. in 6. Valasc. de jure empby. quest. 34.* Valascus num. 5. & 6. Gabriel. *tit. de præbend. concl. 1.* Gomez. num. 20. Gomez. l. 43. Tauri, num. 1. Barbofa num. 90. cum sequent. in l. quia tale, ff. solut. matrim. Nec obstant illa verba: *perpetuo declaramus;* referuntur enim in ipsis bullis ad concessiones ipsorummet Pontificum, & non extenduntur ad concessiones futuras aliorum Summorum Pontificum, quia postea successuri sunt, ut notant Collector *Privileg. Tit. Absolutio ordinaria §. 6.* Rodrig. *in Bulla §. 9. n. 24.* Rodrig. *vers. Lo quinto Crox de statu Relig. lib. 1. cap. 6. dub. 12. conclus. 1. in fine, num. 25.*

11.

Collector.
Rodrig.
Cruz.

Quod confirmat citatus Freiras numero 27. quod Procurator Societatis Jesu post publicatam Bullam Cruciatam, postulavit à sua sanctitate confirmationem suorum privilegiorum ut tali concessione posteriori bullata privilegia maneat in suo robore, ut advertit Henriquez *lib. 3. de penitent. cap. 17. §. 7. lit. O. Q.* od si Henric. ita non intelligeret, ad quid talis exigeretur confirmatio, ac impetratio nova privilegiorum ex regula l. 1. *C. de thesaur. lib. 10.* Et hic dicendi modus valde probabilis est.

Quartò, respondet Leandrus à Murcia in Reg. S. Francisci, *quest. 1. cap. 7. numer. 17.* Quod super decretum Urbani VIII. supplicatum fuit

13.
Leandrus.

fuit à Potentissimo Domino Rege Philippo quarto, circa annum 1631. & supplicatio suspendit executionem Bullæ, dum alia iussio, ac dispositio non supervenit, ut docet sapientissimus Soza super Constit. Clemens V I I I. de largit. munerum § 109. & 112. Gonzales de leg. Polit. lib. 2. cap. 3. num. 31. Castrus Palaus tom. 1. tract. 17. disp. 3. punct. 17. num. 8. Morla in emporio juris, part. 1. tit. 2. quæst. 14. num. 8. Cenedus in quæstionib. Canonic. quæst. 45. num. 36. Hurtadas tom. 2. tract. 12. cap. 1. resol. 29. num. 18.

14

Quamquam tertia, & quarta solutio proximè data suam habeant probabilitatem, tamen secunda sententia est verior, & maximè secunda in conscientia, quæ affirmat Religiosos per Bullam cruciatam pro suo arbitrio non posse eligere confessorem, qui eos à reservatis absolvat, & maximè nititur hæc sententia in decretis Clementis V I I I. & Urbani VIII. Et ratio est, quia in generali concessione non veniunt particularia, quæ in specie verisimiliter quis non esset concessurus, ut patet de regulis juris in 6. cap. 2. de pœnitent. & remissione in 6. ergo in generali concessione Bullæ cruciatæ non venit hæc facultas, ut Religiosi prohibito absolvantur à reservatis. Probatur consequentia, quia summi Pontifices interrogati, ac consulti de hac re ita declararunt ac expresserunt, Religiosos non posse absolvi à reservatis per bullam cruciatam. Ut Julius II. Leo X. Sixtus IV. Innocentius VIII. Alexander VI. Clemens VIII. Gregorius X I I I. Gregorius XV. Paulus V. Urbanus VIII. Ut referunt Rodriguez tom. 2. quæstionum regul. quæst. 62. art. 4. Henriquez lib. 6. cap. 16. in Glossa lit. P. Cardinalis Lugo de pœnitent. disp. 20. sect. 9. num. 159. 160 & sequentibus, & declaratio, ac expressio mentis tot summorum Pontificum facit efficax argumentum, quòd talis sit intentio subsequentiæ Solent enim Pontifices maximè conformari cum intentione suorum prædecessorum. Confirmatur, quia Gregorius X I I I. in sua Bulla non solum de se, sed etiam de suis successoribus loquitur dicens. Nec esse, nec fore unquam mentis nostræ, aut sedis Apostolicæ. Illud verbum sedis Apostolicæ facit quòd Decretum non expiret morte pontificis, ut ex communi Doctorum sententia tenet Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 23. num. 49.

Soza. Gonzales Palaus. Morla. Cenedus. Hurtadas.

Rodrig. Henrig. Lugo.

Sanchez.

15. Martin. S. Joseph.

Glossa. Bartolus. Gomez.

16

Et confirmatur, quia Clemens VIII. & Urbanus VIII. in suis Decretis inquirunt: Perpetuo declaramus: & paulus V. Prædictas litte.

ras, Apostolica auctoritate, presentium tenore, perpetuo confirmamus; & Gregorius XV. ait Hac nostra perpetua vultura constitutione sancimus. Quæ verba perpetua declaratione, indicant omne tempus subsequens, dum oppositum non exprimitur, maximè cum illud sit in præjudicium tertii, auctoritatis nempe prælatorum Regularium, ut exprimit Gregorius XV. in suo Decreto. Cum ratio doceat, & experimento compertum sit Religionibus valde perniciosum existere, ut eorum Religiosis licitum sit confessarium sibi eligere.

QUÆSTIO II.

An Regulares saltem virtute Bullæ Cruciatæ possint absolvi à mortalibus non reservatis, per confessores à suis Prælati non designatos?

SUMMARIUM.

- 17 Prima sententia, & affirmativa.
18 Fundamentum hujus sententiæ.
19 Sententia negativa, & verior.
20 Ex decretis Pontificum confirmatur, ac corroboratur, n. 21. & 22.

Affirmativam sententiam tenent Gallegus in Bullam Cruciatam cap. 12. dub. 172. & Martinus de S. Joseph. in regulam S. Francisci cap. 16. num. 23. Quintanadvenas tom. 1. de Sacram. tract. 3. singulari. 18. num. 19. ex Societate Andreas Mendo in Bullam Cruciat. disp. 24. cap. 18. & in Appendice contra Bardm. disp. 1. cap. 10. Hurtadas tom. 2. tract. 9. cap. 6. num. 78. Diana. part. 11. tract. 6. Resolut. 34. Qui omnes constantiter tenent quòd possunt Mendicantes virtute Bullæ Cruciatæ in suis prælati eligere confessorem, qui eos absolvat à peccatis mortalibus non reservatis.

17.

Gallegus. Martinus. Quintanad. Mendo. Hurtad. Diana.

18

Fundamentum est, quòd Clemens VIII. quantum ad usum Bullæ Cruciatæ declarat: Sui intentionis fuisse, & idem Fratres, & Moniales quantum ad Sacramentum pœnitentiæ, dispositioni suorum Prælatorum subiecti essent. Quod decretum Clementis VIII. innovavit paulus V. loquens de Religiosis sive non Mendicantibus, quoad usum Cruciatæ dicens: Locum minimè habuisse, neque habere, nec illis ullo modo suffragari potuisse, neque posse; & quòd idem Fratres, & Moniales, quantum ad Sacramentum pœnitentiæ, seu confessionis administrationem, ordinaria dispositio nisi suorum Prælatorum, & sedis Apostolicæ, quoad sibi reservata subiecti sint. Quod etiam declaravit, ac determinavit Urbanus VIII. Ut superiori quæst. retuli, ex quibus constat, quòd solum summi pontifices excipiunt casus reservatos quoad sibi reservata subiecti sint: & casus exceptos firmat regulam in contrarium l. Nam quòd liquido ff. de pen. ligat. cap. Dominus 32. quæst. 7. ergo cum excipiuntur casus reservati, alii concessi intelliguntur; nam concessum habetur, quod expressè prohibitum non reperitur l. Nec non §. quod ejus ff. ex quibus causis. Contrariam

Clem. VIII. Paul. V.

Urb. VIII.

QUÆSTIO III.

An licitum sit in Ecclesia specialiter interdicta per Bullam Cruciatam mortuum sepelire?

SUMMARIUM.

- 23 In Interdicto generali per Cruciatam licita est sepultura Ecclesiastica.
24 Magna differentia inter Bullam Cruciatam Castellæ, ac Portugaliæ.
25 In interdicto speciali per Bullam Castellæ non potest dari sepultura Ecclesiastica, & num. 26.
27 Trullench tenet quod per Bullam Castellæ potest dari sepultura in interdicto speciali.
28 Per Bullam Cruciatam dari potest sepultura Ecclesiastica in interdicto speciali; & numer. 29.
30 Privilegium Cruciatæ latè explicandum.

Convenient Doctores absque ulla differentia, quòd per Bullam Cruciatam licitum, sit dare sepulturam Ecclesiasticam tempore interdicti Generalis; hoc disertis verbis concedit ipsa Bulla. Tota verò dubitatio est an in interdicto speciali in Ecclesia tali interdicto detenta, hoc fieri possit, sed olim fuit magna controversia in hoc nostro Regno Lusitanicæ.

23.

Pro quo notandum est, valde diversam esse formam, indèque multam differentiam inter Bullam Cruciatam pro regnis Castellæ, & Portugaliæ, ut statim adnotabo; & inde Auctores commentantes Bullam pro regnis Castellæ, negativam tenent sententiam, ut Henriquez lib. 7. cap. 13. num. 3. Rodriguez in Cruciatam § 5. num. 4. & in Additionibus ad §. 5. numer. 2. Avila de censuris, p. 5. disp. 4. sect. 3. dub. 7 §. Et notandum. Villalobos tom. 1. tractatu 27. in Cruciatam, clausula 4. numer. 14.

24.

Fundamentum horum Auctorum. Quædam clausula Bullæ Regnorum Castellæ, quæ ita habet: Item conceditur, quod in Ecclesiis, in quibus aliàs divina Officia, interdicto durante, quomodolibet celebrare permissum fuerit, Missam audire, vel celebrare, &c. Et subdit: Item mortuorum corpora, cum moderata funerali pompa sepeliri. Sed secundum jus, ut patet ex cap. Alma mater, solum permittitur celebrare in interdicto generali cum suis moderationibus; nam in interdicto speciali non licet celebrare; nisi tantum semel in hebdomada ad renovandam Sacram Eucharistiam; ergo per illam clausulam, in Ecclesiis, in quibus aliàs, &c. Magno fundamento prædicti Doctores tenent, quod attenda tali clausula per Bullam tempore interdicti specialis, nec potest celebrari, nec sepultura Ecclesiastica concedi; sed tantum in interdicto generali ad quod ordinatur prædicta Bullæ clausula.

Henrig. Rodrig. Avila. Villalobos.

15. Clausula Bullæ.

26.

Doctor Trullench. citato §. 3. Bullæ, dub. 10. num. 5.

Trullench.

19. Bardi.

Lugo. Clem. VIII.

Lugo. Diana.

20. Clem. VIII. Greg. XV. Urban. VIII.

21. Clem. VIII.

22.

Contrariam sententiam tenent Franciscus Bardi Præfectus in Collegio Panormitano Societatis JESU in Bullam Cruciatam part. 2. tract. 2. cap. 4. sect. 2. num. 12. Cardinalis Lugo de pœnitentiæ, disp. 20. sectione 9. num. 195. & sequentibus Probatur, quia Clemens VIII. in sua Constitutione ait: Sui intentionis fuisse quòd idem Fratres, à Moniales, quantum ad Sacramentum Pœnitentiæ, seu Confessionis administrationem dispositioni suorum Prælatorum subiecti essent: in quibus verbis non posuit sibi reservata, sed hoc addidit ut notant Cardinalis Lugo citatus numer. 198. & ipse Diana quarta part. tract. 4. resolut. 43. §. Verum ego Urbanus VIII. in sua constitutione, ut retuli superiori quæst. num. 7. confirmans, & innovans totam Clementis VIII. declarationem his verbis, Præfata Clementis prædecessoris declarationi inherentes, illamque presentium tenore innovantes, ac quatenus opus sit ampliantes. Ergo cum Clemens VIII. absolute subjecerit Regulares quantum ad Sacramentum Pœnitentiæ dispositioni Prælatorum, sic etiam & Urbanus. Quia decretum innovans, intelligendum, ac explicandum est secundum tenorem decreti innovati l. in Testam. ff. de condit. & demonstrat.

Et confirmatur, quia Clemens VIII. Gregorius XV. Urbanus VIII. pro ratione suorum decretorum præmittunt: Sanè cum ratio doceat, & experientia compertum sit Religionibus valde perniciosum existere, ut earum Religiosis licitum sit confessarium sibi eligere. Non dixerunt reservata; sed absolute, Confessarium sibi eligere. Ergo totam illam facultatem, ut valde perniciosam eligendi Confessarium voluerunt auferre, ac abolere.

Dices: Clemens VIII. in exordio sui decreti loquitur de casibus reservatis. Dicens. Confessionem Sanctæ Cruciatæ, & aliorum indultorum particularium, quantum ad prædictum articulum eligendi Confessarium, & absolvendi à casibus reservatis. Ergo tota constitutio solum de casibus reservatis procedit. Sed contra, quia postea ipse Pontifex magis explicat mentem suam, Ut quantum ad Sacramentum Pœnitentiæ, seu Confessionis administrationem, dispositioni suorum Prælatorum, subiecti sint. Et rationem apponit, quia valde perniciosum est, ut sibi eligant Confessorem; quæ ratio militat in omnibus partibus Decreti, ubiqueque habet locum ratio legis, habet etiam & lex ipsa, l. Cod. de interdicto, & hoc etiam si verba legis contradicant. Scire oportet, §. Aliud in verbo, ff. de excusatione tutor. Text. in l. 3. ff. de lib. præteritis.

Confirmatur, quia Urbanus VIII. ut vidimus, ait se innovare, ac ampliare Decretum Clementis VIII. quo universaliter subjecerat Religiosos suis Prælati, quoad Sacramentum Pœnitentiæ: ergo non voluit illam subjectionem limitare, sed potius extendere, & ampliare ad omnia peccata mortalia, non solum reservata, sed etiam non reservata.

Sylveira Opuscula.